# Incipiunt sermones de festis sanctorum Et primo de sancto Andrea sermo primus.

Venite post me faciam vos fieri piscatores hominū. Mathi. 4. c. Quare xp̄s dn̄s in apostolatū susceperit paupes ⁊ indoctos causā ostendit beatus Aug. dicens Non elegit reges aut senatores aut phos aut oratores. sed elegit plebeios paupes ⁊ indoctos piscatores. si enim doctus eligeret fortassis diceret se electū qr doctrina eius elegi meruit. dn̄s aūt noster ihus xp̄us volens superborum frangere ceruices elegit pauperes. hec ille. Et hoc nō immerito qr ipse a paupere matre ⁊ in loco paupere natus in pauptate nutritus nudus et pauper mortuus. Pauperes btos esse p̄dicauit sicut pz Mathi. 5. et Luce. 6. Pauperes ergo eligendo dixit venite.

Venite post me faciam vos fieri piscatores hominū Mathei. 4. Hec verba dn̄s dixit non solum ad petrum et andream. ymo dicit ea ad quoslibet xp̄ianos. Vnd̄ sunt q̄tuor notanda vicz a quibus et per q̄ ⁊ ad que ⁊ pp̄ter q̄ vocem̄ a dn̄o. A Et nota q̄ vocat nos a tribus per tria ⁊ propter tria. Primo igitur notandū est a quibus vocemur a domino. Et est sciendū q̄ vocat nos ab illis tribus que sunt in mūdo vicz a carnis lascivia et rer̄ ↄcupiscentia ⁊ vite superbia. De his tribus dicit̄. 1. Johis. 2. Nolite diligere mūdum neq̄ ea que in mūdo sunt omne quod est in mūdo ↄcupiscētia carnis est. ⁊ ↄcupiscentia oculor̄. et superbia vite. Hec tria bene pn̄t figurari per illa tria que petrus ⁊ andreas reliquerūt. Ipsi em̄ p̄mo reliquerūt vxores quas forsitā habebant vel hr̄e poterant. Per vxorem vero intelligit̄ ipsa caro que mirabili glutino copulata est spūi. Spūs em̄ quasi maritus ē carnis. heu vxor ista scz caro semp dn̄ari q̄rit in virū. Caro quippe semp aduersus spūm concupiscit. vt dicit aplus ad Gal. 5. Hanc igit̄ vxorē. i. carnis luxuriā debemus relinquere. Ad h̄ monet nos spūssanctus. Ecclesiastici. 18. Post cōcupiscentias tuas non eas. et a voluptate tua auertere. Glosa carnali auertere. si p̄stes anie id est animalitati tue Dicit glosa ↄcupiscentias eius faciet te in gaudiū inimicis tuis. i. demonibus. dicit glosa. Sic cōtigit sampsoni quem dalida cū qua fuerat luxuriatus tradidit philisteis in quor̄ carcerali mola luit illas concupiscentias quas habuerat cum dalida. Judicum. 16. Secūdo rete suū reliquerūt. Per rete vero notat̄ auaricia siue rerum cōcupiscentia. Auaricia quippe est rete dyaboli qd̄ expandit sup faciem vniuerse terre. Per hoc rete iuuenes capit et senes siue viros siue mulieres. Vnde dicit̄. Jere. 6. Vir cū muliere capietur senex cū pleno dier̄ a minore enim vsq̄ ad maiorē oēs